Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De prio Stratocleti fratris proconsulis
De proconsule abrunie reuiso
De passione sci Andree.
De virtute sepulchri eius
De reliquiis eius.
De calculo sanato

Vita scorum apl'orum trophea nulli credo latere fidelium quia quedam exinde euangelica dogmata docent quedam apocrifa narrant De quibusdam uero extant libri in quibus que actiones eorum denotant. De pleris que enim nichil aliud in passionem scripta fuisse puto. Jam reperi liber de virtutibus sci Andree ap. qui propter numiam uolitate a non nullis apocrifus dicebatur. De quo placuit ut retractis enucleatis que tam in virtutibus primitus ipse quasi fastidium generabat uno tam parvo uolumine admiranda miracula claudent. Quod a legentibus pres tantur gratiam et detrahentium auferret inuidia. quia multiplicata fidem non exigit multitudo uolitatis. sed integritas sonis et puritas mentis. Explicit prologus in nomine dni incipiunt miracula.

Igitur post illum domice ascensionis nobile et gloriosum triumphum cum beatus apl'us predicare uerbum dei per diuersas regiones dispersi fuissent. Andreas apl'us apud achayam primitiam annunciare dm ihsm xpm exors est. Mathe autem apl'us qui et euangelista uocatur. in mirmidone urbi uerbum salutis annunciauit. Sed incole ciuitatis dure et indigne ferentes. que de redemptoris sui uirtutibus audiebant. ac sua uolentes destruere templa. apprehensum bti apl'i eruts oculis circumdatum catenis in carcerem detruserunt. ut in pollitis paucis diebus interficeretur. Venit autem angelus dni ad andream apl'm dicens.